

Consilium Ducatus Teschinentis
1/1 1673

Illustrissime, et Reverendissime Princeps
Domine, Domine æternum nobis colende R.

Illustrissima et R^{ma} Vra: Domini^o novum hunc annum in optima cor-
poris, animæq; sanitate inchoare, ac pace tranquilla perducere ac ter-
minare possit, à DEO præpotenti Eodem ex intimis cordium nr^o secreta,
libris devotè precamur, et officia nostra quàm paratissima deferimus.

Quia Illustriss^{is} R^{ss} Vro Domini^o Sereniss^{is}: Principis Domini Caroli Ar.,
Bisiducis fusticie Episcopi Praxie ac Viaticarie, Principis nrⁱ Tutoris
dignissimis tum etiam nostras literas in causâ præfati Illm^{is}: Principis
Dni: Friderici Guilelmi in Silesiâ Ducis Teschin^{is}: tantum apud se habe-
re pondus s: prout ex literis Illm^æ: et R^{ss} Vra: Domⁱ: 23. die mensis
Juniⁱ, anni proxime præteriti Varaviæ, ad nos exaratis intelleximus s:
est dignata, et tam sollicitam curam gessit, pro hoc sanè beneficio Illm^æ
et R^{ss} Vra: Domini^o: gratias agimus, quàm maximas, et immortales.

Et autem Donatio sereniss^{is}: Regiæ Mattis: in pristinum tandem
Effectum reduci posset, Reverendum Patrem, D. Johannem Borbnensem,
Priorem Conventus Teschin^{is}: ordinis Predicatorum, Sancti Dominici,
peculiariter in hac causâ requisivimus, et ad Sereniss^{is}: Reg^{is}: Mattem,
nec non Illmam: et R^{ss} Vram: Domⁱ: cum literis nr^{is}: Varaviam
ablegavimus. Eandem submissè rogantes, ut plenariam ipsi fidem ad-
hibere, et ad Sereniss^{is}: Reg^{is}: Mattem. aditum ipsi parare, nec non dona-
tionem istam Regiam in impetrandis duodecim Salis bancis, et
centum bobis, absq; telonij, præstatione ex Polonia Regno abigendis,
porro de meliori notâ recommendatam sibi habere, clementer dignetur.



Quam gratiam, et favorem maximam, et Princeps n^r: Illm^o:
in desinenti officiorum suorum praestatione recompensare, et
nos indefessis n^ris Servitijs erga Illm^{am}: et R^{oss}a V: Domini:
officiosissime rependere studebimus: Id quod Illm^a: & R^{oss}ina
V: Dom: certi sibi polliceatur, quod operam & merita, in
Principem n^rum collata non frustra collocaverit: Hisce Illm^a:
et R^{oss}a V^ra Domini: optimam valetudinem, pacem, et incolentiam,
latem precantes. Eandem divinae protectioni, et Eidem ad
gratiosissimum responsum, nos officiosissime commendamus.
Data Teschinij, ex Aede n^ri: Principis die 1 Januarij,
Anno 1623.

Illm^a: ac R^{oss}a V^ra: Domini:

Ad officia quam paratissimi
Servitores.

Gubernatores ac Consiliarij
Ducatus Teschicensis.




is nr. 1119:
ensare, et
Domin:
i: 8. P. s. ma
ita. in
Hisco Alud.
et incolūmi,
dem ad
endamis
xiarizj
23.

317




INSTYTUT BADAŃ
I ROZWOJU KRAJOWEJ BIBLIOTEKI
REPUBLICY POLSKIEJ

Illustrissimo ac Reverendissimo Prin.
cipi ac Domino Domino Andrea Lipski
Episcopo Succone Inchyti Poloniae Regni
collario ac Domino Dno nostro sub.
missis colendo. j.

A decorative flourish consisting of several overlapping, swirling loops of ink, positioned below the main text.

INSTYTUT BADAŃ
NAJ. KULTURALNEJ KULTURY



INSTYTUT BADAŃ
NAZ HISTORICZNYM WYWIADANYM JĘZYKI